



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 30. Colloquia Lutheri cum diabolo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

tis Theologus, ejusdemque urbis ad D. Petri Canonicus eo fine conscripserat, ut censuram in hujus hæretici libro a Lovaniensi Facultate latam defenderet.

Secul. XVI.

A.C. 1521

Cochl. ann.

1521. p. 43.

Denique in eodem recessu prætenfæ reformationi suæ ultimam manum admovit, ubi haud ultra modestiæ limitibus se cohiberi patiebatur, uti tamen initio fecerat, eoquod tunc, ut ajebat, Papatus errores nondum plene deposuisset. Præterea scripsit prolixum admodum de votis monasticis tractatum, quem Patri suo inscripsit, docuitque, quod ejusmodi vota omnino nulla essent, cum libertati Filiorum Dei directe opponerentur. Hæc iniqua prorsus doctrina omnium vitiorum licentiæ januam aperuit, ac plura Germaniæ monasteria vastavit; Religiosorum enim quamplurimi sacrilega inierunt connubia, suoque exemplo, quod & ipse aliquot post annis secutus est, Luthero præluxerunt.

§. XXX.

Colloquia Lutheri cum Diabolo.

Insuper edidit librum *de abroganda Missa privata* ad Fratres suos Augustinianos Cœnobii Wittembergensis directum, in quo istos adhortatur ad invictum animi

nimi

Sæcul. XVI nimi robur, ac constantiam, eosque de
A.C. 1521. Principis ac Electoris Saxonici præsi-

*Hist gest. in
 Eccl. mem.
 Ant. de la
 Bizz. ad an.
 1521.*

*Inter opera
 Luth t. 7.
 tract de
 Miss priv.
 fol. 236. Et
 seq.*

dio securos esse jubet. Hic enim, inquit, Princeps est prudens, ac sapiens, veritatis amator, nec temere ad quævis credenda proclivis. In eodem tractatu Lutherus celebrem illam, quam cum diabolo de abrogandis Missis privatis habuisse credidit, disputationem his verbis recenset. *Contigit mihi semel sub mediam noctem subito expergescere, ibi Satan mecum cepit hujusmodi disputationem. Audi, inquit, Luthere, Doctor perdocte. Nosti etiam, te per quindecim annos celebrasse Missas privatas pene quotidie? Quid si tales Missæ privatae horrendæ essent Idololatriæ. Quid si ibi non adfuisset Corpus, & Sanguis Christi, sed tantum panem & vinum adorasses, & aliis adorandum proposuisses? Cui ego respondi, sum unctus Sacerdos, (*) accepi unctionem & consecrationem ab Episcopo, & hæc omnia feci ex mandato, & obedientia Majorum. Quare non consecrasset, cum verba Christi serio pronuntiarim, & serio Missas celebrarim? Hoc nosti. Hoc totum, inquit diabolus, est verum, sed Turcæ, & Gentiles etiam faciunt in suis templis omnia ex obedientia, & serio*

(*) Lutherus Mense Aprili anno 1507. sacro Presbyteratus Ordine initiatus, | secundo Maji primum Sacrum celebravit.

Serio Sacra sua faciunt, Sacerdotes Jero- Sæcul. XVI
A.C. 1521.
boam faciebant etiam omnia certo zelo &
studio contra veros Sacerdotes in Jerusa-
lem. Quid si tua ordinatio & consecratio
etiam falsa esset, sicut Turcarum, & Sama-
ritanorum falsi Sacerdotes, falsus & impius
cultus est? „ Dic quæso, quando priva-
 „ tam celebrasti Missam, solusque Sa-
 „ cramentum sumpisti, nec illud aliis
 „ communicasti, nonne contra Christi
 „ Institutionem egisti? Quare tu tuique
 „ similes non itidem docetis, quod qui-
 „ libet seipsum baptizare potest? Qua-
 „ re matrimonium dici non deberet, si
 „ quis se secum ipso desponsat? qua
 „ ratione fieri potest, quod tu pro te
 „ solo hoc Sacramentum conficere ve-
 „ lis? „ His subjunxit Lutherus, quod
 „ hisce argumentis ac rationibus devictus
 „ Diaboli consilio acquieverit, „ non enim,
 „ inquiebat, diffiteri possum, quod hu-
 „ cusque peccaverim, nec etiam nega-
 „ re valeo, quod peccatum meum fue-
 „ rit gravissimum, minus vero inficias
 „ ire possum, quod mortem & damna-
 „ tionem promerear. „

§. XXXI.

Wittembergensis Universitas ab Ele-
ctore Saxonico circa Missam
consulta.

Hunc Lutheri librum Wittembergenses